

aut quibuscumque alijs poenis invicem animadvertemus, ne ulli
 Magistratus aut Officio auxilio ea in re erimus. Imò, quod si quis
 ea de causa sanguinem effundere, aut dicta Pacta violenter rum
 pere præsumat, aut poenas superius recensitas ^{extendere} ~~mutare~~ velit,
 omnes ea propter in defensionem insurgere tenebimur, etiam
 si quis sub prætextu alicujus Decreti aut Processus forensis id
 agere sustineat. Præterea cavemus, ne Decreta Tribunali
 Regni et M. D. S. quæ vim Legis sapiunt, contra securi
 tatem et Pacem Dissidentium lata, in quolibet Officio, ad
 executionem deducantur, prout Constitutione Anni 1627.
 expressè cautum habemus. Et sicubi contra hanc Constituti
 onem Decreta aliqua aut Protestationes facta fuerint, in
 quovis iudicio nullius valoris declaramus. Similiter, Man
 data omnia Pacem inter Dissidentes tollentia ex Cancellaria
 vivente Rege data, nulli pondus estimabuntur,
 neque in posterum ferentur.

In Urbibus Regijs, ubi in præsentibus Dissidentes in Ec.
 clésijs à se erectis publicò gaudent Religionis exercitio,
 eodem in posterum quoque, perinde ac nunc, gaudere ac uti
 poterunt. Ubi verò Ecclesias in præsentibus ad eum usum
 erectas non habent, eas, ad evitandos tumultus, ibidem
 erigere non debebunt. Privatim tamen unicuique privato
 incolæ, et peregre venienti, devotionibus sacris huiusmodi opera
 dare, integrum erit.

Quantumvis Constitutio Anni 1631. contra Viola
 tores securitatis Publicæ, satis rigorosè lata fuerit; de
 claramus tamen, quod in posterum ejusmodi causa vio
 lata securitatis Dissidentium à quacunque persona cu
 jusvis conditionis, non inter causas terminorum tracto
 rum, sed Feria hebdomadæ quinta, ex speciali Registro
 inter causas recentium Criminum, judicari debeant, ex
 cepto, si forte Persona merè Spirituales in crimine de
 prehensa fuerit, tum delinquens Officio Spirituali tradi
 et ibidem prævia inquisitione judicari debet. Ministri
 quoque in Religione Dissidentium, si à quopiam quacunque
 de causa citati fuerint, non habent forum, nisi in Officio
 seculari competenti ratione quarumvis rerum et injuriarum.